XLVII. *Eclipſis Lunæ Die* 4ª Februarii, *Ann.* 1757. *habita Uliſſipone à* Joanne Chevalier *Preſbytero Congregationis Oratorii, Regiæ* Londinenſis *Societatis Socio, Regiæque Scientiarum* Pariſienſis *Academiæ correſpondente, et a* Theodoro de Almeida *ejuſdem Congregationis Preſbytero, ac Phyſicæ publico Profeſſore.*

Read Dec. 8. 1757.

HANC obſervationem peregi tubo optico novem pedes longo, cujus lens ocularis focum habebat ad 4 pollices, et lineam unam: adhibui preterea vitrum planum cæruleum, quod oculum inter et ocularem lentem interponebam, ut ingreſſum macularum in umbram obſervarem juxta ea quæ in obſervatione eclipſis lunæ ann. 1755. invenit clariſſimus vir Joſephus Soares de Barros ex regia Berolinenſi academia. Primum igitur vitro cæruleo adhibito obſervabam ingreſſum maculæ in umbram, et tempore notato iterum ſolo tubo optico ingreſſum ejuſdem maculæ in umbram obſervabam, et differentiam utriuſque ingreſſûs notabam.

Initio eclipſis cœlum ſerenum ac clarum fuit, poſtea nubilum, et poſt maximam obſcurationem vapores horizontis et claritas incipientis diei obſervationem peragere impediere.

	Manè. H.	M.	S.
Initium penumbræ — —	4	52	49
Initium dubium eclipſis — —	4	55	29
Certo jam incæperat — —	4	57	30

Umbra

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

	Manè. H.	M.	S.
Umbra ad Ariſtarchum obſervata vitro cæruleo plano —— ——	5	00	19
Solo tubo optico adhibito ——	5	00	50
Keplerus umbram ingreditur obſervatus tubo, et vitro cæruleo plano —	5	13	20
Obſervatus ſolo tubo optico ——	5	14	00
Plato umbram ingreditur obſervatus tubo, et vitro cæruleo ——	5	15	2
—— Solo tubo —— ——	5	15	40
Umbra ad Eudoxum —— ——	5	17	18
Mare ſerenitatis incipit mergi ——	5	30	10
Copernicus obſervatus tubo et vitro cæruleo umbram ingreditur ——	5	36	48
—— Solo tubo —— ——	5	37	22
Mare Criſium ingreditur umbram —	5	53	51
—— Medium in umbra ——	5	59	30
—— Totum mergitur ——	6	5	21
Mare fœcunditatis occultari incipit --	6	7	41
Umbra ad promontorium acutum —	6	8	33
Umbra tangit mare nectaris ——	6	22	51
Umbra ad Langrenum —— ——	6	23	33

Obſervationes Eclipſium Satellitum Jovis Uliſſipone habitæ a JOANNE CHEVALIER, *&c.*

ANNO 1757 teleſcopio Gregoriano 7 pedum nocte ſerenâ, nullâque lunari luce illuſtratâ, obſervavi immerſionem totalem primi ſatellitis die 21 Martii tempore vero poſtmeridiano — $11^h\ 13'\ 1''$

Die vero 22 Martii tempore vero, et antemeridiano, obſervavi immerſionem totalem tertii ſatellitis $0^h\ 13'\ 32''$